

KLAUSUR IN LATEINISCH

Blatt 1

Hannibals Selbstmord

Nach dem Ende des Zweiten Punischen Krieges 201 v.Chr. war der römische Erzfeind Hannibal weiter politisch in Karthago tätig, musste aber schließlich unter dem Druck der Römer und der eigenen Landsleute fliehen. So begab er sich 189 v.Chr. zu dem König Prusias nach Bithynien, in das Gebiet der heutigen Türkei. Dort agierte er als Berater und Admiral des Königs Prusias gegen dessen Feind und Romfreund Eumenes, den König von Pergamon. In einer Seeschlacht gelang es Hannibal durch einen Trick die numerisch überlegene Flotte des Eumenes zum Rückzug zu zwingen. Ein Geschichtsschreiber fährt fort...

Quae dum in Asia geruntur, accidit casu, ut legati Prusiae
2 Romae apud T. Quintium Flaminium consularem cenarent atque ibi
de Hannibale mentione facta ex his unus diceret eum in Prusiae regno esse.
4 Id postero die Flamininus senatui detulit. Patres conscripti, qui
Hannibale vivo numquam se sine insidiis futuros existimarent, legatos
6 in Bithyniam miserunt – in his Flaminium –, qui ab rege peterent,
ne inimicissimum suum secum haberet sibique dederet. His Prusia negare
8 ausus non est; illud recusavit, ne id a se fieri postularent, quod adversus ius
hospitii esset: ipsi, si possent, comprehenderent; locum, ubi esset, facile
10 inventuros. Hannibal enim uno loco se tenebat, in castello, quod ei a rege
datum erat muneri, idque sic aedificarat, ut in omnibus partibus aedificii
12 exitus haberet. [...] Huc cum legati Romanorum venissent ac multitudine
domum eius circumdedissent, puer ab ianua prospiciens Hannibali dixit
14 plures praeter consuetudinem armatos apparere. Qui imperavit ei, ut
omnes fores aedificii circumiret ac propere sibi nuntiaret, num eodem modo
16 undique obsideretur. Puer cum celeriter, quid esset, renuntiasset omnesque
exitus occupatos ostendisset, sensit id non fortuito factum, sed se peti
18 neque sibi diutius vitam esse retinendam. Quam ne alieno arbitrio
dimitteret, memor pristinarum virtutum venenum, quod semper secum
20 habere consuerat, sumpsit.

(195 Wörter)

KLAUSUR IN LATEINISCH

Blatt 2

Zeile	
1	Prusia, -ae m.: Prusias; König von Bithynien, der den vor den Römern flüchtenden Hannibal in seinem Königreich aufgenommen hatte.
2	Titus Quintius Flaminius: Konsul 198 v.Chr. und Feldherr, bekannt vor allem durch seinen Sieg über Makedonien im Zweiten Makedonisch-Römischen Krieg 197 v.Chr.
3	mentionem facere de: erwähnen, zur Sprache bringen
5	futuros: Ergänzen Sie „esse“.
9f.	ipsi...inventuros (esse): indirekte Rede; ergänzen Sie „ipsos“ als Subjekt zu „inventuros“!
11	aedificarat = aedificaverat
13/16	puer, pueri m.: junger Sklave
	prospicere, -io, -spexi, -spectum: Ausschau halten
15	propere (Adv.): eilends
17	occupatos: Ergänzen Sie „esse“.
	factum: Ergänzen Sie „esse“.
18	retinere, -eo, -ui, -tentum: behalten, bewahren
19	dimittere, -o, -misi, -missum: verlieren
20	consuescere, -suesco, -suevi, -suetum (+Inf.): gewohnt sein (etw. zu tun)